

qd' dicitur **D**e aliis iudiciis eubordiani. i. vnde  
consonans **P**rius ubi xpi est **D**e panis et vini  
quod unus panis et vini corpus multi sumus  
omnes qui de uno pane et de uno calice partici-  
pamus. **Q**uidem ista scilicet dicitur. **I**tem qd'  
ad unum hostias participes sunt aliter. **Q**uidem qd'  
dicitur. qd' panis prelosum sit et quid aut qd'  
panis sit aliquis. **E**t dicitur qd' unum est corpus  
et omnes prelosum sunt. **I**tem dicitur. **P**anem  
vobis facite fieri demoniorum. **N**on potestis unum  
domini habere et multos demoniorum. **I**tem dicitur.  
testis meus de panis participes estis. **I**tem dicitur.  
demoniorum. **I**tem dicitur. **I**tem dicitur.  
fartione ubi sumus. **I**tem dicitur. **I**tem dicitur.  
omni dicitur. **D**icitur. **I**tem dicitur. **I**tem dicitur.  
sunt. **I**tem dicitur. **I**tem dicitur. **I**tem dicitur.  
**D**icitur qd' in unum dicitur. **I**tem dicitur. **I**tem dicitur.  
hul multitudine. **P**anem conficiamus. **I**tem dicitur.  
team et plenitudinem eius. **D**icitur qd' dicitur.  
misticum. ad unum et multos. **I**tem dicitur. **I**tem dicitur.



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,



DISPUTATIO  
Institutionum anatomicarum IV.  
DE  
PARTIBUS INFIMI  
VENTRIS ΧΥΛΩΣΕΙ FA-  
mulantibus,

*Quam,*


*SVB PRÆSIDIO*

TOBIÆ KNOBLOCHII,  
Marcobrettani Fr.; Med. & Phil.D.

*In celeberrima Witebergensium Academia  
defendendam suscipiet*

Iohannes Friccius, Burch-  
torpiensis, Saxo.

*Ad diem 20. Maij, horis & locis notis.*



WITEBERGAE,  
Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.

*Anno c1o 1o CVII.*



*[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to its orientation and fading.]*





# THESES DISPUTATIONIS QUARTÆ.



Vpra & communes & proprias continentes infimi ventris partes consideravimus: nunc hujus contentas, quarum duo genera occurrunt, examinabimus. Aliæ enim sunt quibus homo in utero, aliæ quibus extra uterum utitur: in utero sunt vasa umbilicalia, vena umbilicalis & arteriæ umbilicales, membranæ fœtum involventes, secundina scilicet & Amnios de quibus infra. Extra uterum sunt duplices: aliæ enim ad coctionem, aliæ ad procreationem sive generationem faciunt. Ad coctionem facientes, rursus sunt duplices: Aliæ enim *χυλώσες*, aliæ *αιμαλώσες* inserviunt. *Χυλώσες* inservientes variæ sunt: aliæ Chylum præparant ut os, dentes, Oesophagus: aliæ conficiunt, ut ventriculus: aliæ adjuvant, ut partes circumjacentes in primis omentum & pancreas: aliæ Chylum perficiunt ut intestina tenuia, & venæ mesaraicæ: aliæ Chyli excrementa crassa recipiunt, & educunt ut intestina crassa & anus. *Αιμαλώσες* inservientes sunt etiam variæ: aliæ Chylum in Epar ad venæ portæ radices deferunt, ut venæ mesaraicæ: aliæ Chylum in sanguinem beneficio venarum & parenchymatis mutatum distribuunt in totum corpus, ut venâ magna sive cava cum suis ramis: aliæ adjuvant ut Epatis parenchyma: aliæ excrementa recipiunt, ut Vesicula fellis bilem flavam: Lien fœculentum & melancholicum humorem: Duo renes, serosum humorem, qui per ureteres in vesicam defertur, & urina per penem redditur. Procreationi inservientes sunt viriles & muliebres partes. Viriles aliæ materiam seminis deferunt, eamque præparant, ut vasa spermatica: aliæ perficiunt sive



concoquunt ut corpus varicosum : aliæ vim prolificam tribuunt ut testes : aliæ semen deferunt, ut vasa deferentia : aliæ semen recipiunt & custodiunt usque ad tempus ejaculationis ut prostata : aliæ effundunt semen in uterum ut menula sive penis. De muliebribus suo loco. Hasce autem partes hac disputatione omnes non possumus examinare. Ideoque duntaxat partes Chylum conficientes, & hujus concoctionem adjuvantes ut sunt ventriculus, omentum, pancreas & intestina examinabimus. De reliquis suo agemus loco.

## CAPUT I. De Ventriculo.

Ventriculus, Græcis κοιλία à cavitate & γαστήρ .i. venter vel γαστήριον .i. ventriculus dicitur, est cibi & potus receptaculum, primæ coctionis officina, nostrique corporis culina. *Fernel. lib. 1. Physiologie cap. 7.*

1. *Ventriculus constat ex duabus partibus similaribus & dissimilaribus. Similares quod attinet, sunt tres tunicae, vena, arteria & nervi. Vesal. l. 5. cap. 3. Bauhi. in Anat. c. 46. Archang. lect. 15. fol. 151.*

2. *Tunicarum alia communis, alia propria. Communis non est de substantia ventriculi, sed involucrium quoddam, habens ortum à peritonæo, Gal. 4. de us. part. 10. ea parte, qua Oesophagus diaphragma transit, & usque ad duodeni intestini initium ventriculum obducens, atque omnes venas, arterias, & nervos, ad ventriculum pertinentes, excipiens. Additum autem est hoc tegu-*



tegumentum, partim propter sensum, partim propter calorem & vicina membra, ne ab his ventriculus afficiatur.

3. Propriarum duæ sunt, una interior, altera exterior: Interior nervosa est, Oesophago, lingua, palato & ori communis, cuius continuitatis evidens signum est oris amaror, quando nimia humoris bili si abundantia natat alvus: per hanc omnia vasa, quæ ad ventriculum pertinent, ducuntur, & in ipsa terminantur. Galen. 9. de us. part. 11. & 4. de usu part. 7. 8. 6. ad anat. 7. lib. 5. cap. 11. de fibris; & c. 12. de tunicis. Bauhi. d. 1.

4. Cum autem non sibi solum, sed & reliquis membris corporis alimentum assumat, & præparet, ut munia sua eò commodius exsequi possit, triplici villorum genere intertexta est interior hæc tunica: rectis, qui attrahendi, Contra Fallopius lib. 4. cap. 3. obliquis, qui retinendi; & transversis, qui expellendi vim habent. Mundi de ventric. Paræus lib. 2. cap. 14. Iohan. Guinth. Andernacus in instit.

5. Præterea obducitur crusta, quæ ab excrementis tertiæ coctionis originem ducit. Usus hujus esse statuunt, ne tunica propria seu nervosa callum contrahat, quando cibum & potum diutius continet; aut durior fiat, quam nature & usui ipsius est commodum. Fallop. lib. 4. cap. 3. Vesal. lib. 5. cap. 3.

6. Exterior tunica crassior est & mollior, ut quæ magis referat carnis naturam, & minus sit compacta & solida quam interior. Hæc fibras habet transversas quamplurimas, obliquas paucas admodum. Archang. Laurent. Bauhi. d. 1.

Prima figura ventriculi anteriorē faciem exprimit unā cum venis, arterijs & nervis, ventriculo insertis; secunda vero ventriculi tunicarum seriem, numerum & naturam docet,



- A. Oesophagus sive cibalis fistula, gula.  
 B. Fauces.  
 C. Stomachus.  
 D. Dua tonsillae in faucibus stomacho appositae & saliva praegnantes.



- E. Glandulosum corpus stomacho frequenter adnatum, qua quinta thoracis vertebra corpori insidet.  
 F. Dexter nervus stomacho distributus.  
 G. Sinister nervus stomachum amplectens.  
 H. Superius Ventriculi orificium.  
 I. Orificium inferius.  
 K, L. Vena ventriculi superiores & inferiores.  
 M. Meatus bilis, per Iecoris corpus dispersus in terramos vena porta & cave.  
 N. Foramen duodeni, cui meatus biliaris inseritur.

- O. Glandulosum corpus pyloro & duodeno assistens, ut vasa eò digesta sustineat.  
 P. Vesica fellis.  
 Q. Meatus bilis ad duodenum tendens.  
 R. Tenuis porta vena propagines in bilis vesiculā excurrentes.

I I. Figura.

- A. Interior ventriculi tunica.  
 B. Exterior tunica.  
 C. Communis tunica à peritonneo pronata.

Habet



7. Habet autē ventriculus venas à porta multiplices, à trunco quidem gastricam majorem & gastreopiloim; à ramo splenico minore gastricam, coronariam, epiploim posticam & à summo ramo prope lienem vas venosum, quod humorem defert melancholicum, quo frigido & acido ventriculus constringitur, corroboratur & appetitus excitatur Gal. 4. de us. p. 15. Ves. d. l. Bauh. l. 1. c. 46. hæ venæ omnes sanguinem ad ventriculum nutriendum deferunt, & tenuiorem cremoris portionem ad Iecoris cava transportant. Gal. 3. fac. n. & 4. de us. p. 18. Fall. in inst. Hipp. de carn. Colum. l. 9. c. 4. Tot etiã ferè adsunt arteriæ, quot venæ, quæ ab aorta dorsum perreptante, exsurgunt, vitalis roboris gratia Gal. 4. de us. p. 15. Ves. d. l. Nervos quod attinet, hi à sexta cerebri conjugatione ad ventriculum descendunt, per quos veluti per canales vis sensifiva ipsi à cerebro influit, qua mediante cibi & potus, & debiti nutrimenti sentit indigentiam. Gal. 5. de us. p. c. 9. & lib. 4. aph. c. 17. Gal. 6. de us. part. 6. 9. de us. part. 11. Laur. Archan. d. l. 8. Membranæ esse & nervosam ventriculi substantiã jam percepimus, quam ei à sapientissimo architecto donatã arbitramur, Roder. à Veiga art. Med. c. 41. primũ sensus gratia; ut nimirũ rebus convenientibus & gratis cum aliqua delectatione fruatur: repugnantibus verò & inimicis cum tædio resistat: Deinde ut appetentia eò majori stimuletur; & satis firmus sit ventriculus ad coquendam & amplexandam ciborũ copiã, & coctione absoluta ad expellendũ eandẽ contrahi possit. Gal. 6. us. p. 6. 9. de us. part. 11. Ves. d. l. Vidus vid. l. 9. 2. Bauh. d. l. 9. Dissimulares ventriculi partes sunt duo ventriculi orificia. Gal. de loc. us. 6. c. 2. 5. de us. part. 5. superius & inferius, & fundus. 10. Superius ventriculi orifi. iũ græcis τὸνα & κοιλίας. Gal. 4. de us. par. Hipp. in coacis. propriũ est appetitus instrumentũ, ubi famis ac sitis sensio fit ac percipitur. Arist. 1. de hist. an. c. 10. lib. de. par. an. c. 3. Gal. 4. de us. p. 14. Interdum & gula vocatur 3. M. M. 17. Veteres medici κοιλίαν vel foramen cordiale vocarunt. Gal. 1. de caus. Symp. 7. propter consensionẽ, q̃ cum corde & cum cerebro habet. Est. n. acutissimi sensus propter nervos, qui à recurrentibus immittuntur. Si ventriculus itaq; malè sit affectus cor etiã dolorẽ inde percipit. Vid. vid. l. 9. c. 2. caput q̃ laborare incipit. Ves. & cæteri anat. d. l. Sin bene se habeat, & illa cõmuni fruuntur gaudio tũ propter viciniã, tũ propter cõmunionẽ. Habet etiã fibras circulares quã plurimas, L. 1. 6. c. 18. quarũ beneficio os arctatur & angustatur, ne cibũ in Oesopha-



gum resiliat prono aut supino animalis decubitu: Vix tamen tam arctè clauditur post cibum, quin aliquantulum hiet, & vapores, quod saepe experimur, ad caput transmittat. Vesal. lib. 5. cap. 3. Ioannes Guinterius Andernacus Instit. anato. Gal. 4. de us. part. cap. 5. de us. part. c. 2. lib. de locis aff.

11. Alterum orificium, inferius, Graecis  $\pi\omega\lambda\omega\gamma\omicron\varsigma$  latinis janitor dicitur, non quod omninò in fundo situm sit. Bauhi lib. 1. cap. 46. fol. 309. sed quod locum aliquanto decliviorē acceperit. Usus huius est, ut Chylum, id est, massam coctam ex cibo & potu permixto unà cum excrementis evehat in intestina, ubi vena mesaraica utile nutrimentum rapiunt, & ad Epas transveheunt, superfluitates autem excrementosa expelluntur per intestinum rectum. Vesal. d. 1. Laurent. lib. 6. cap. 18.

12. Haic usui inserviunt duo glandulosa tubercula, veluti anulum constituentia, quae dum sese applicant exitum claudunt; aperiant verò dum laxata sese abducunt, non imperio voluntatis, sed naturae impulsione. Vesal. d. 1. Salom. Albert. de corp. part. f. 84.

13. Singulari autem providentia cautum est, ne haec duo orificia directè sibi essent opposita: Ita enim cavetur, ne elabatur pondere suo cibus ante coctionem perfectam, & ut cibus in fundo ventriculi contineatur, donec sit concoctus.

14. Differunt inter se duo haec orificia situ & magnitudine: superius in sinistro latere versus spinam; inferius verò in dextro situm est latere. Illud à natura accepit transitum ampliorem latioremq;, cū saepe dura, nec benè masticata, dum citissimè ventris inanitates amoliri volumus, deglucimus: hoc verò quia nihil è ventriculo elabatur, quod non exquisitè attenuatū sit meatu angustiori Cras. fo, Bauhin. lib. 1. cap. 46. & Spisso constat. Utriq; autem orificio communis est substantia crassior, quam reliquo ventriculi corpori, ne fortè à transeuntium impetu distrahatur. Bauhin. d. 1. Laurent. in anat. Vesal. d. 1. Mundin. d. 1.

Tertia



15. Tertia superest ventriculi pars, quam fundum appellamus, ciborum promptuarium & alimentorum vasculum, in quo prima absolvitur concoctio. Ves. d. l. Laur. l. 6. c. 18. Dum n. cibus ingeritur, facultates quas in se continet ventriculus, sese exerere incipiunt. Omnis enim generis cibum, qui ad sustentationem animalis, requiritur, attrahit, attractum aliquantisper retinet, omnibusque suis lateribus comprehendit & fovet, comprehensum in unum cogit, arida cum siccis confundit, dura mollibus intermiscet, & coctioni se accingit, donec chylus evadat, quem demum expellit & exhaustis membris per intestina & venas communicat. Roderi. à Veiga cap. 41.

16. Pendet autem ventriculi Chylosis memorata, ab ingenita ejus proprietate & forma specifica; quæ adjuvatur foveturque à spiritu & calore vitali, qui per arterias à corde ventriculo adfluit; quæ etiam non parum augent membra, Avicen. prima parte. dist. 4. cap. 2. undique illum ambientia & calefacientia, in quorum censu sunt, diaphragma, cor, Epar, lien, truncus, aorta & vena maxima, pars omenti, pancreas, muscoli dorsales, cutis pinguedo. Ex jam dictis utilitas ventriculi facile constat. Gal. 6. de ad anat. c. 3. Fallopius lib. 4.

17. Præterea brutis quibusdam non ventriculus unus invenitur, in primis quæ cornigera sunt, & inferiore tantum maxilla dentata, cibos ruminant, ut ovis, capra, bos, cervus: Sed plures, ut quod ob dentium penuriam deest, id ventrium multitudine suppleatur. Sunt autem numero quatuor, quorum Aristot. (monente etiam Galeno) 2. de hist. an. cap. 11. & 3. de part. an. cap. 14. mentionem facit.

18. Primus ventriculus κοιλία μεσώλη continua Oesophago dicitur, in quam cibus primo demittitur, & rudem quandam præparationem ibi accipit. Germani den Wanst vocant / daraus die Rutteln / Süßgen Fleck / Kaldaunen geschnitten werden / wie man es in vnterschiedlichen Ländern aufredet.

B

Huic



19. Huic deinde sinus parvus annectitur, qui κενύφαλον, .i. reticulum dicitur, à figura quod sit similis reticulis mulierum implexis, vel etiã retibus, quibus capiuntur aves, & est minor ventre primo. Daher wird es die haube des Bairstes genant.



1. A. Κοιλία μεγάλη, id est, ventriculus magnus, Der Bairst.

Σ

2. B. Κενύφαλον, id est, Reticulum, Die Haube.



3

3. C. Ἐλεγε, id est, Omasum, Der Psalter.



4

4. D. Ἡνυστρον, id est, Abomasum.

20. Tertio sequitur ἔλεγε intus asper cancellatus, crustatus, & folijs quasi pluribus distinctus unde vulgo librum vocant, Germani, den Psalter oder manichfalt. alij Omasum appellant.

2. Postremò est τὸ Ἡνυστρον: Gaza abomasum vocat, intus etiam folia habet multa & glabra. Semper autem in ventrem sequentem cibus transmissus perfectio coquitur, donec in ultimo, maturitatem perfectã acquirat. Die Kaldauen oder Kutteln von diesem gemachte / sind die aller besten / meines crachiens / daher es denn von den gemeinen Leuten κατ' ἔξοχον der Magen genant wird.

Aves



22. Aves etiam, quoniam dentibus destituuntur, sinum quendam ante ventriculum habent amplum & cavum, in quo cibus crudus primo retinetur, ut sunt Gallina, Columba & cetera. Græcis  $\alpha\epsilon\gamma\lambda\omicron\phi\theta$ : Germanicè, Der Kropff dicitur. Gaza ingluviem nominat.

23. Alia aves ingluviem non habent, sed hujus loco stomachum aut Oesophagum latum & amplum, ut corvus, cornix, anseres. Alia denique neq; stomachum, neq; ingluviem habent, sed ventriculum longum ut byrrindines, passeris & alia minuta aves. Aristot. d. l.

24. Usus ventriculi est insita vi & caca quadam proprietate cibum in chylum commutare, partibusq; corporis omnibus partionē & alimentum subministrare. Arist. lib. de generat. 18. Gal. 5. de us. part. 4. 4. de us. part. 8. Archang. lect. 16. fol. 108. Arist. 4. de part. an. 4. Vesal. d. l. Nicola. Nicol. florent. tract. 4. serm. 5. Varol. lib. 4. c. 1.

## De accidentibus Ventriculi.

1. Situm quod attinet, medium in corpore locum sibi legit, Gal. Vesal. Columb. Fallop. Laurent. d. l. Archang. lect. 15, ut & superioribus & inferioribus membris organum nutritionis esset accommodatum. Supra se habet diaphragma & vertebram duodecimam, ita ut in antica magis quam in postica vergat, & major pars versus sinistram sit quam dextram. Situs autem est ventriculus non prope os, quia inquit, Gal. 4. de us. part. 7. instrumenta respiratori, & voci efformanda accommodata, & ori vicina esse necesse fuit, ubi hæc, alia esse nequeunt. Vesal. lib. 5. fol. 566. Fernel. lib. cap. 7. Columb. de ventric. Bauhin. d. l. Solom. Albert. d. l.

2. Figura ventriculi est oblonga, Vesal. lib. 5. Columb. Gal. d. l. rotunda & cava. Rotunda est nō triangularis, quia hæc omnium capacissima, & ob id ventriculo totius corporis culina peculiari mu-



nificentia à natura concessa est. Ideoq; etiam cava est, ut in se plurimum includeret & amplexaretur. Oblonga est etiam ratione bini orificij, quorum altero nimirum superiore cibos per Oesophagum defluentes admittit, & recipit: altero autem inferiore, quod πύλωρον vocant, coctione jam elaboratos ad intestina rursus eicit & protrudit. Platerus pulchrè comparat sacco fistula rusticorum cornu oblongo superiori einer Sackpfeifen, ceu fistula rauca, praesertim dum ventriculo, qui succum illius refert, copulatus est. Fernel. Bauhi. d. l. Arist. 1. hist. an. 16. Vesal. d. l. Columb. lib. ii. cap. 4. Fallop. lib. 4.

3. Magnitudo ejus in omnibus non est eadē, imprimis tamen quando vacuus, nō admodū magnus est, quando verò esculentorū & potulentorum copia distensus turgescit major; Hippocrati quinque palmorum amplitudinem habet. Laurent. lib. 6. cap. 7. Bauhi. lib. 1. cap. 46. & alias etiam in luronibus & fruges consumere natis longè major, reperitur, quam in alijs temperanter viventibus. Dum enim saepius in illius repletione extenditur, paulatim augmentum, & incrementum sumit, quales potatores quamplurimi inveniuntur, quorum ventriculi magnam vini copiam, aliarumq; esculentarum rerum in se continere & amplexari possunt, sicut scribit Archangelus de potatore quodam: Compertus est, qui sedecim vini mensuras, quas vulgo boccallos appellant hinc nostris seculis in prandio uno ebiberit. Columb. & alij.

4. Temperamentum ventriculi quod attinet, si secundum substantiam & interiores tunicas consideres est frigidum & siccum: Si verò secundum exteriorē est calidum & humidum; Hec enim qualitatū temperies carnosae, illa nervosae competit substantiae. Roderi à Veiga artis Med. cap. 61.

## CAP. II. De Omento.

Omen-



Omentum est pars infimi ventris contenta, calorem partium circumjacentium conservans, nec non ventriculi concoctionem adjuvans.

1. Omentum quasi operimentum: Græcis dicitur *Ἰπιδωρον*. Hipp. 1. de morb. 6. Epid. 5. aphor. 46. Gal. 6. ad an. 5. dissect. ven. 1. Archang. lect. 10. ab *Ἰπιδωρον*, id est, innato, quod ventriculi fundo, 6. administ. anat. 5. & superioribus intestinis alijsq; partibus insidens veluti innatet & supervehatur, Gal. 4. de us. part. 11. Arabibus *Cirbus* Ioan. Guint. instit. antiquis rete & reticulum nominatur, Bauhin. lib. 1. cap. 12. propter errabundum ductum, quo retis piscatorij formam refert. Hinc Archangelus ait: quemadmodum rete capit aves sive pisces: ita omentum sua densitate adiposos vapores capit. *Das ist das Netz / darin die Leber gebraten wird.* Aristot. 4. part. anat. 3. & 1. de hist. an. 6. 3. de hist. an. 14. Columb. lib. 11. cap. 6.

2. Substantia hujus adiposa & spermatica est, & componitur ex membranis, vasis, pinguedine cœnosa & putrescibili. Gal. 4. de us. part. 9. 11. Vesal. lib. 5. cap. 4. Paræ. lib. 2. cap. 13. Archang. lib. 10. Membranas quod attinet, harum duæ sunt subtiles & leves, ne pondere intestina graventur; una superior altera inferior. Superior & anterior à tertia tunica ventriculi, qua originem à peritonæo habet, oritur: Inferior & posterior à peritonæo ad dorsum, statim sub diaphragmate ortum ducit. Fernel. 1. de part. corp. hum. cap. 7. Bauh. lib. 1. cap. 12. Laurent. lib. 6. cap. 11. Ludovic. Vassæ. in tabul. Mundin. de anat. oment.

3. Venas multas à sola vena porta habet, ut nutriatur, item arterias totidem à cœliaco & mesenterico ramo, ut vivat, nec non nervos exiguos à sexti paris ramo, sensus gratia. Hinc omentum consensum maximum habet mediantibus arterijs cum corde, mediantibus venis cum Epate, mediante peritonæo cum diaphragmate. Gal. 4. us. part. 19. & 4. us. part. 9. & 11. & 6. ad anat.





4. *Vsus omenti est, ut ventriculum cuius fundo insidet & veluti ~~Intestini~~ innatat (unde & nomen habuit) foveat, innatumq; calorem tueatur, Gal. 4. us. part. 3. & 11. & dorso ventriculum connectat. Gal. 6. ad anat. 5. Bauh. lib. 1. c. 12. Archang. lect. 10. addit & dicit ut vapores lenti sanguinei in imo ventre illis adhaerescant, quò ipsarum densitate in adipem condensentur, ne id quod in alimentum aliquando cedere possit, dissipetur. Ex Hipp. de glandulis & hunc usum Laurentius addit, ut copiosus humor ab intestinis influens, cum à glandulis excipi & absorberi nequeat, in omento, veluti aestuario asservetur. Ioan. posth. in observat.*

Omentum integrum à partibus quibus annascitur liberum, unã cum Vasis & corpore glanduloso monstratur.



- A. *Vena porta caudex*
- B. *Pancreas.*
- C. *Inferius omentum petens vas cum nervo.*
- D. *Dexter truncus vena porta in mesenterium & intestina excurrēs.*
- E. *Lien cum suis vasis.*
- F. *Omentum.*
- G. *Superior membrana omenti.*
- H. *Inferior membrana omenti.*
- I. *Pars omenti eversa.*
- K. *Ventriculi orificium sinistrum, ambiens vas.*

## De accidentibus Omenti.

1. *Situm omenti quod attinet longissimè protenditur, Ves. lib. 5. cap. 4. Gal. 6. adm. anat. 5. Laurent. lib. 6. c. 11. extensum in omnia intestina ut eorum concoctiones, si quid fortè in ventriculo*  
*non*



non rectè sit coctum, etiã adjuvet. Quibusdam animantibus haud multum infra umbilicum consistit, quibusdam ad pubis ossa (sicuti in canibus & simijs) descendit. Ioan. Guinth. Andernac. in instit. Bauh. d. l. Arist. 4. us. part. 3. Gal. 4. us. part. 9. 1.

2. Figura marsupium, Gal. 6. adm. anat. 5. Paræ. lib. 2. c. 12. sacculum & peram representat, uti Vesalius lib. 5. c. 4. rectè cum aucupum pera comparat, quæ oblonga est & rotundum orificium, habet. Gal. 6. ad anat. 5. Columb. Archang. d. l. Nicola. Nicol. florent. tract. 4. serm. 5.

3. Magnitudo ejus penes altitudinem in varijs hominibus varia est. Latitudo intestinorum describitur regione: maximum tamen id habent inter animantia homines & simia, inde pleriq; homines sepe dicuntur *Πρωτοκοκοπιγες*. Vesal. lib. 5. cap. 3. quasi dicas Omenti gestores. Archang. Picolh. Gal. d. l.

4. Pinguedo multa undiq; vastis circumfunditur Arist. 1. hist. an. 6. ut calorem ventriculi & intestinorum foveat, & ut in alimenti penuria, per magnas medias ad aliquod tempus insitum calorem alendo sustineat. Gal. 4. us. part. 1. 2.

5. Temperamentum in macilentis frigidum & siccum est, quia in his est sine pinguedine sive adipe: In pinguioribus verò frigidū & humidum ob pinguedinis copiam. Paræ. Laur. Bauh. d. l.

### CAP. III. De Pancreate.

Pancreas. Gal. 4. us. part. 11. Gal. diff. ven. 7. columna affusio & lactes est corpus glandulolum Gal. 5. de us. part. 2. intra lienem & Epar positum, ut venas, arterias, nervosq; transeuntes defendat, canolamq; humiditatē sanguinis, glandularum interventu dispescat quo sanguis purior reddatur. Gal. 4. de us. p. 8.



1. Hoc corpus non mesenterio sed ipsi omento est pars addita, uti figura apposita monstrat.

2. Venas habet, Gal. de dissect. ven. 2. à vena porta exiles, pro nutritione, arterias à celiaca pro vita, nervos à sexta conjugatione sensus gratia & glandulas. Bauh. lib. 1. cap. 19. Archang. lect. 14. de pancreate.

3. Ideoq; glandulosum mesenterii corpus à pancreate sequenti modo differt. 1. Subjecto, pancreas omento ut dictum, alterum mesenterio annatum est. 2. Magnitudine, quia pancreatis corpus majus est mesenterij corpore glanduloso. 3. Situ, pancreas e-latiorem ventris regionem obtinet sub posteriore ventriculi parte scilicet intra Epar & lienem: Mesenterij vero glandulosum corpus circa umbilicum consistit. 4. Denique ulu & officio: Pancreatis usus est explere loca vacua inter ventriculum lienem & Epar, tutum etiam transitum præbere sinistro portæ ramo, tendenti ad Lienem, arteriarumq; & nervorum surculis, qui ibidem sunt, ac demum tanquam pulvinar substerni ventriculo ad dorsum, ne spina contactu duriore, aut continuo arterie magna motu sive pulsu offendatur, & ut glandularum beneficio cœnosam sanguinis humiditatem depellat. Fallopius hunc usum non admittit, quod in brutis supra ventriculum jaceat, & Archangelus rejicit, nam sic in brutis, quæ prona incedunt, frustra esset. Crediderunt nonnulli falsò, pylorum ne quid incoctum effluat occludere, ait Vesal. lib. 5. cap. 4. Glandulosi verò corporis in centro mesenterij & cæcerarum glandularum in mesenterio usus sive officium est, ut sustineant & muniant venas mesaraicas, ne ad surcularum diductiones rumpantur sive findantur. Gal. 5. de us. part. cap. 2. 4. de us part. 11. Bauh. lib. 1. cap. 19. Laurent. lib. 6. cap. 15. Accidit ex dictis satis nota.

## CAP. IV. De Intestinis.

Inte-



Intestina sunt corpora oblonga rotunda & cōcava, & in inferiore corporis regione locata, anfractibus multis donata, ne Chylus ocuus elaboratur, vel si quid crudi ex ventriculo ad intestina missum sit, horum beneficio coquatur, & excrementa excipiant, certoque tempore dejiciant.

1. Intestina græcis ἐντερά πύλας καὶ ἐντερά εἶναι dicuntur quod in intima corporis sede locata sint: Veteres comici Interranea vocant, unde nomen antiquum exenterare. Nos autem hoc in loco per interanea sive intestina, non intelligimus omnia abdominis viscera; sed duntaxat ductum illum longum & magnum ab inferiore ventriculi orificio ad podicem usque in sex partes sive intestina divisum. Ideoque unum intestinum est ratione ductus sive canalis magni, ut dictum: duo ratione consistentiæ: alterum enim tenue est, alterum crassum: sex verò ratione figure, magnitudinis, & insertionis venarum mesaraicarum. Nam tria sunt tenuia, duodenum, jejunum & Ileum: Gal. 4. de us. part. 17. & 5. de us. part. 3. tria crassa: cæcum, colon, rectum. Hipp. de carnib. 4. de us. part. 18. Illa chylum è ventriculo expulsum excipiunt: hæc excrementorum sunt propria receptacula. Archang. lect. 11. Nicol. Nicol. flor. tract. 8. serm. 5.

2. Tenuium primum duodenum dicitur, Herophylus δωδεκάδακτυλον nominat, Gal. 6. ad anat. 9. dissect. Ven. 1. per pylorum ventriculo conjunctum, & non statim in anfractus sive circumvolutiones refertitur, sed usque ad spinam, per longitudinem duodecim digitorum, Gal. 6. ad anat. 2. (unde & nomen habet) extensum produciunt, & quidē eo usque, ubi intestina in orbem & anfractus desinunt. Ob hanc causam Columbus & Fallopius hoc intestinum πύλας, id est, janitorum & portonarium vocant. Archang. Picolh. ἐξορῶν, id est, explantationem, exortum in intestina nominare consuevit. Hoc intestinum venam à portæ

C

TAMO



ramo (nullas enim mesaraicas habet) non transversim, seu oblique, sed secundum longitudinem recta deorsum protensam, quam ob id intestinalem nominant. Arteriam à cœliaca recipit. Excipit etiam ductum  $\chi\omicron\delta\eta\delta\omicron\chi\omicron\nu$ , qui in intestina aliquid flavae bilis ve-  
bit. Hæc flava bilis in gracilioribus intestinis non statim misce-  
tur chylo, sed in latera intestinorum delabitur, donec perveniat ad  
colon, ubi primum miscetur excrementis, & ea suo colore tingit,  
expulsionemq; horum adjuvat. Laurent. lib. 6. cap. 13. Paræ.  
lib. 2. c. p. 15. Mundin. de anat. intest.

3. Secundum intestinum  $\nu\eta\sigma\iota\varsigma$ , id est, jejunum dicitur. Hipp.  
de carnib. Arist. 3. part. an. Gal. 4. ul. part. 17. & ita nomina-  
tur, quia ut plurimum reperitur vacuum, sive inane in bene dispo-  
sitis corporibus, propter Epatis celerius cremorem sugentis viciniam,  
venarum promptius chylum exhaurientium majorem copiam, &  
multitudinem bilis, qua venit ad hæc à vesica fellis, per meatum,  
qui continuatur cum intestino duodeno, cum quo illud immediatè  
continuatur: Alij chyli fluxibilitati ascribunt ut Bauh. lib. 1. an.  
contra Archangelum, quod & credibile est. Hoc intestinum con-  
nectitur supra cum duodeno, infra verò cum Ileo, inter qua positus  
est ductus biliaris, & quidem ita, ut finem duodeni, principium  
verò jejuni indicet. Gal. 5. de ul. part. cap. 3. Vesal. lib. 5. c. 5.  
Columb. lib. 11. cap. 5.

4. Tertium intestinum tenue  $\lambda\epsilon\pi\theta\iota\nu$ , Gal. 6. ad. anat. quæst. 5.  
ul. part. 3. dissect. ven. 1. est  $\epsilon\iota\lambda\epsilon\theta\iota\nu\ \delta\iota\pi\iota\ \tau\delta\ \epsilon\iota\lambda\epsilon\theta\iota\delta\omicron\upsilon$ , id est, cir-  
cumvolvendo (ut Bauhi. vult) quasi intestinum circumvolutum  
dicas, & volvulus ob plures circumvolutiones. Habet enim hoc  
intestinum multas circumvolutiones sive anfractus, ad longiorem  
cibi moram, utiles, ne opus sit assidua ingestione, & egestionem, que  
impedimento futura essent studio sapientiæ, & alijs necessarijs of-  
ficijs in communi vita. Aus diesen drehen Därmen werden in  
den Schweinen die Brat oder Snackwürste gemacht. Gal. 4.  
de ul. part. 17. & 5. de ul. part. 3.

s. Inter



5. Inter crassiora intestina primū locum occupat cœcum, Græcis  
 τὸ Φλὸν dicitur. Arist. part. ani. 14. Gal. 5. de usu. 2. dissect. ven. 1.  
 Et quamvis cœcum & monoculum nominatur: habet tamen non  
 unum orificium ut Colum. vult. lib. 11. c. 5. Sed duo, unum per quod  
 attrahit, alterum per quod expellit. Illud autem per quod expellit  
 non est, sicut in alijs oppositè locatum contra primum, sed ambo lo-  
 cata sunt juxta se invicem, & infra hæc orificia pendet lacuna  
 hujus intestini ad modum sacculi. Hoc intestinum habet etiam  
 tres valvulas, hunc in usum, ut materiam intestinis gracilioribus  
 conclusam deorsum descendere sinant, descensam autem in crassio-  
 ra, impediant, ne sursum resilire possit. Proinde harum valvula-  
 rum interventu quicquid in crassioribus intestinis sive flatus pu-  
 tridi, sive stercoreis extiterit, prohibetur, ne in violentis abdomi-  
 nis compressionibus in tenuiora, & nobiliora intestina possit refundi,  
 ad impediendas nobiliores nature functiones. De his valvulis  
 varia sunt disputationes: alij enim tres defendunt ut Archange-  
 lus, alij unam & Ileioferculum esse assirunt ut sequens figura do-  
 ce. Vide Bauh. lib. de part. casa. fol. 235. & lib. de partib. si-  
 milarib. Ultimo intestinum hoc frequenter in scrotum descendit,  
 quia pendens minus cæteris dorso alligatur. Gal. 6. ad. anat. 9.  
 4. de usu. part. 14.

Delineatio valvulæ Salom. Alb. quemadmodum in  
 fibro ad tores ilei propè cœcum occurrit.



A. Valvula intestini cæci.

B. Finis cæci intestini.

C. Ileon.

D. Globus seu tuber coli.

E. Ductus ejusdem defectus.

C 2

6. Scrotum.



6. Secundum intestinum est κώλον, Gal. 5. us. part. 3. dissect. ven. 1. à κωλόω, id est, retardo, quod ratione cellularum quibus variè extumescit, feces remoretur, unde κώλον etiam dicitur, quod sinus habeat quamplurimos: vel δότο τὸ κολαίεσθαι, id est, à torquendo propter dolorem colicum, qui in eo fit. Substantia hujus intestini carnosà, crassa, & solida est, Vesal. lib. 5. cap. 5. Ideoq; ven. ostentem in eo generatam multo tempore continet, Laurent. lib. 6. cap. 14. quæ fortissimum interdum generat dolorem, unde colicus dolor. Habet & multas cellulas, seu camera in involucra, in quibus figurantur feces, & figuram ad modum cellularum recipiunt, quæ magis apparet in stercore retento & exsiccato, ut in febribus alijsq; morbis calidis: Tenuia autem his cellulis carent, quia si adissent, in ipsis feces facile retinerentur, ac ita Chyli distributionem impedire possent. Hieraus werden in den Schweinen die Blutwürste gemacht. Gal. 6. ad anat. 5. de us. part. 3. dissect. ven. 1. Arist. 3. de p. an. 14. Roderic. à Veiga de locis aff. 16.

7. Vlcimum intestinum crassorum rectum à recto ductu dicitur & ἄρξον, id est, princeps vocatur, quia principium habet, ubi intestina circumvolvi desinunt. Hieraus die Engel oder Hirnwurst. Gal. 4. de us. part. 8. 6. ad anat. 7. Ioan. Guint. inst. anat. lib. 1. Fernel. lib. 1. cap. 17. Ludov. Vess. tab. 1. Falliop. lib. 4. cap. 12. lib. 11. cap. 6. Paræ. lib. 2. anat. 5. Columb. lib. 11. cap. 5. Ioan. polth. in observat.

8. Circa finem, .i. anum sive podicem musculus transversus sive orbicularis, qui Sphincter nominatur, (cujus appellatiō σωφροδοτικὴ intelligenda est) apparet, anum constringens, ne aliquid præter voluntatem de fecibus alvi effluat. Laurent. d. 1. Eiusmodi musculus etiam cervici vesicæ ad urinæ retentionem additus est. Paræ. lib. 2. cap. 15.

9. Præterea in anum vena etiam hæmorrhoides, dicta à sanguinis profluvio, descendunt, quarum beneficio natura interdum sanguinem copiosum, aut alio modo peccantem per Crisim certo tem-

pore



pore expellit, non aliter ac menstrua purgationes in mulieribus fiunt.

10. Substantia intestinorum est membranosa, Vesal. d. l. propterea ut distendi possit, non tamen undiq<sup>3</sup> pariter crassa: Tenuia enim tenuiorem, crassa crassiorem habent substantiam, quae in tres tunicas distribuitur, quarum duae propriae sunt & una communis. Haec à peritonaeo mediate scilicet ab Omenti & mesenterij membranis ortum habet: hac donantur intestina, ut eis sit loco ligamenti.

11. Proprias tunicas quod attingit, licet haec sint ejusdem cum ventriculo substantiae; tamen utraq<sup>3</sup> tenuior & mollior quam in ventriculo, cum hic duriora & incocta excipiat, illa verò scilicet intestina, ut plurimum cocta & attenuata.

12. Harum itaq<sup>3</sup> prima exterior scilicet membranosa est, & fibris carnosissimis satis validis praedita, ut non solum calorem augeant, sed & musculorum instar intestina contrahant, ad expellenda exigua quadam in intestinis conclusa, quae magna illa abdominis compressione excludi nequibant. Fallop. 14. cap. 5. Laurent. d. l. Archang. lect. 12.

13. Inferior rugosa est & quidem ideo ut moderate delabentem Chylum remoretur. Nam si rugosa non esset, Chylus ocys elaboretur, quam à venis mesaraicis exurgeretur, in quarum usum etiam in primis obliquas (reliquis enim non caret sicuti & exterior) fibras accipit. Gal. 4. usu. part. 17.

14. Vasa intestinorum sunt vena, arteria & nervi. Venas, Aristot. de spirat. 4. habent à vena porta, ut Chylum ab intestinis in Epas vehant, & ab hoc sanguinem pro eorum alimento revehant, ut docet Archangelus, & ceteri anatomici. Arterias habent à cœliaco ramo & mesenterico, ut sanguine vitali perfusa intestina & perpetuo arteriarum motu concussa non duntaxat vivant, sed & à corruptione & putrefactione conserventur. Nervos habent à sexta nervorum coniugatione, ut res sibi graves & molestas



sentiant & dejiciant. Galen. 4. de usu. part. 17. Ludov. Vassæ.  
& ceteri anatomici. Mundin. in anat.

15. *Vsus intestinorum triplex est. 1. Ut chylum excipiant & si quid crudi in hoc inveniat ur, concoquant. Ideoq; doctissima natura hos gyros fabricavit, ut non elunt axat absoluta fiat alimenti concoctio, sed etiam distributio. 4. usu. part. 8. 7. & 8. in introduct. 11. 2. Ut nutrimentum aliquam diu contineant, ne opus sit assidua ingestione, & egestione, ut supra quoque de Ileo dictum. Archang. d. 1. 3. Ut excrementa prima coctionis certo tempore exportent & exturbent. Galen. 4. de usu part. 17. & 18.*

Hac figura intestinorum omnium gracilium  
& crassorum situs exprimitur.



- A. Orificium dextrum ventriculi ligatum, cum portione aliqua Ventriculi.
- B. Ductus duodeni.
- \* Portio meatus biler in intestina perferentis.
- C. Ijuni intestini initium.
- D. Ileon intestinum.
- E. Crassorum intestinorum principium.
- F. Cecum intestinum.
- G. H. I. Colon intestinum.
- K. Rectum intestinum.
- L. Musculi duo recti intestini.
- M. Orbicularis recti intestini musculus.

Inverte hanc figuram & habebis verum intestinorum situm.

## De accidentibus Intestinarum,

1. *Situs intestinorum duplex est communis & specialis. Communis*



munis est satis notus. Situm speciale sive singulorum intestinorū quod attinet talis est: Ves. Archang. Laurent. d. l. Duodenum ad latus infimi ventris dextrum ad spinam dorsi deflectit. Iejunum umbilicalem regionem occupat. Ileon infra umbilicum supra vesicam positum est. Ideoque facile in *επιγονή*, id est, in intestinali hernia devolvitur in scrotum. Cæcum circa dextrum renem invenitur. Colon à dextro rene incipit & sursum ad fundum ventriculi ascendit, & rursus ad renem sinistrum descendit finemq; circa os sacrum facit. Hinc quando colica passio fit, prius incipit in parte sinistra, & in illa magis molestat, tum quia intestinū ibi frigidius est. Deinde quia in majori quantitate est locatum, circa renem sinistrum, & est ibi etiam strictius: tamen illa colica, qua in parte sinistra fit non tã diu molestat tum quia fit à causis facilioribus tum quia causa eiq; est in loco viciniore ad expulsionē. Ideoq; medicamenta, que in colica passione applicantur, exterius debent magis applicari circa hypochondrion dextrū, sicuti etiam enematis applicatio in dextro latere multò fit commodior, quia si in sinistro fieret, colon ab alijs intestinis comprimeretur, atq; ita applicatio absque effectu perficeretur. Tandem rectum intestinum à vertebra lumborum sive ossis sacro incipit, & ad anum usq; descendit.

2. Figura intestinorum est rotunda, globosa, non solida sed excavata, fistularum instar. Gal. Salom. Alb d. l.

3. Magnitudo intestinorum apud varios varia est. Nam intestina Hippocrati de struct. hom. tredecim cubitorum, Vesalio ulnas Italicas ut plurimum quatuordecim & dimidiam longa, Archangelo sexies palmo uno, & semisse deficiente equant cujusq; hominis longitudinem, aliquando paulò plus vel minus. Secundum Paræum d. l. Longitudo, intestinis est septies major, totius corporis longitudine. Altitudo non est omnino eadem sicut & latitudo, latiora & altiora tamen sunt crassiora ipsis tenuioribus intestinis. Galen. Colum. Fallop. Laurent. Archang. d. l.

4. Temperamentum ratione carnosæ membranæ est calidum & humidum: ratione verò nervosæ frigidum & siccum.



# QVÆSTIONES.

## I.

An intestina habeant vim attractricem, retentricem, concoctricem & expultricem?

Resp.

1. *Quid attractricem facultatem attinet, sciendum actiones partium corporis esse duplices, communes sive officiales & privatas sive particulares. Quando ergo de posterioribus est questio, verum est singulis corporis partibus insitas esse quatuor facultates, nimirum attractricem, retentricem, concoctricem & expultricem: Quando verò de prioribus actionibus scilicet communibus sive officialibus, questio hac de facultate attractrice rectè negatur. Gal. 4. de ul. part. 21. Roderic. à Veiga de locis aff. lib. 6. sect. 2. Primò quia fibris rectis ad officialem attractionem necessariis carent. Deinde hoc officio non est opus, quia intestina absoluta concoctione Chylum ventriculus ultero propellit. Huc accedit auctoritas Galeni, qui 4. de ul. part. ait Intestina attractrice facultate non indigere. & 5. de ul. part. 3. de nat. facult.*

2. *Neque retentricem habent, quia alias anfractus in intestinis frustra à natura fuissent conditi. Astipulatur Galeni auctoritas, qui 3. de caus. Sympt. tarda dejectionis causas assignat nunc expultricis imbecillitati, nunc alijs causis: At de vi intestinorum retentrice, ne verbulum quidem habet. Cui Vesal. lib. 5. cap. 5. subscribit. Bauhinus verò lib. 1. theat. anat. cap. 17. aliquam concedit.*

3. *Vim concoctricem intestinis denegare nemo potest, quia intestinorum & ventriculi eadem est substantia sive temperiem, sive colorem, sive tunicarum contextum spectes: Coquitur ergo in ventriculo Chylus, ibique ideam speciem & formam Chyli, consequitur: sed dum in anfractibus intestinorum & interioris tunice rugis moratur*



ratur, alterationem aliquam subit. Consentit Gal. 4. de us. p. ubi inquit: Intestina licet coquendi chyli gratia constructa non sint, sed continendi & distribuendi tantum: tamen quia nunquam iners & otiosa est natura, in ipso per intestina transitu, elaborationem perfectam consequitur chylus, non secus ac in majoribus venis facultas quaedam est αἰματωμῆς. Cum Galeno facit Aretæus lib. 1. de caus. & sign. Chr. morb. 15. nec non etiam Avicenna.

4. De expultrice facultate non est dubitandum. Etenim fæcum copiam quotidie eijciendam esse, summa evincit necessitas. Imo expultricis major quam tractricis est necessitas, & natura perpetuò magis laborat ad expulsionem rei noxia, quam ad tractionem utilis & necessaria. Expulsio autem fæcum motu perficitur locali, qui motus duplex est, naturalis & animalis, Naturalis intestinorum est proprius, animalis verò musculorū abdominis. Naturalem antiqui ἐκταλκτικὸν vocarunt, & fit per transversos & orbiculares villos intestina contrahentes. Hic rursus duplex natū φύσιν & πᾶσι φύσιν. Ille fit contrahentibus & colligentibus sese intestinis superne deorsum, quo motu infra transmittuntur humores noxij, flatus & faeces: hic contrario omnino motu perficitur, colligentibus sese circularibus fibris infernè sursum, quo motu flatus, chylus ac faeces per superiora excernuntur, ut fit in Iliaca passione. Laur. lib. 6. quæst. 6. 7. 8. 9. Nicol. Nicol. scribit has facultates quatuor predictas intestina habere, & addit expulsivam fortiores alijs scilicet in intestinis crassioribus: in tenuioribus attractricem & retentricem fortiores esse expultrice.

II.

An calor membrorum ventriculo assidentiū plus conferat ad cibi concoctionem, & chyli formationem, quam proprius ejus calor?

Resp.

1. Circumjacentia membra plus conferre. Nam 1. ille calor

D

mem-



membrorū magis facit ad concoctionem cibi, & chyli perfectionem à quo major fit transmutatio. Sed à calore cordis, hepatis, venarum & aliarum partium major fit transmutatio cibi quam à ventriculo ipso. E.

2. Plura agentia plus efficiunt quam unum. Avicen. 1. part. doct. 4. cap. 2. Dom. Leo lib. 1. sect. 3. c. 1. Ideoq; inquit Archangelus, solo suo ingenito calore tantam ciborum copiam chylicare, id est, in chylum redigere nequit, nisi idem ingenitus calor augetur atque multiplicetur viribus circumjacentium viscerum, acceptis, eorumq; mutuato calore ad id muneris obeundum. Quam ob causam ventriculi dextra parti superiori anterioriq; lecur incumbit, parti sinistrae lien assistit, inferiori adiposum omentum adherescit, posteriori insertitur vena cava, arteria magna, pancreas. Imo cor ipsum longius distitum arterijs à se in ventriculum productis videtur concurrere ad hanc communem concoctionem chylicantem tanquam ad concoctionem omnium partium communem: sicuti etiam concurrat ad propriam cujusq;. Ergo caloribus jecoris, lienis, cordis, omenti, venae cavae, arteriae magnae, pancreatis, mutuo acceptis, & in ventriculum confluentibus munus chylicae concoctionis completur, non solo ventriculi ingenito calore. Ventriculus enim tanquam lebes videtur cui luculentus ignis sit circumjectus.

### III.

An Clysteres sive enemata ad Ventriculum & Epar ferri possint?

Resp.

Nos negamus, Gal. 13. Meth. med. 17. quia valvula illae in extremo caeci intestini posita non permittunt, ut in Ileon multo minus in ventriculum migrare possint. Ideoq; enema cum medicis crassa, non verò tenuia intestina abluere statuimus. Qui verò contrarium statuunt obijciunt, nobis Galenum qui scribit Clysterem



rem ad Epar usque pervenire; sed respondendum enema ad Epar  
pervenire non quidem quoad molem sive corpus clysteris: sed quo  
ad vim medicamentosam, & hæc sine dubio Galeni mens est. De-  
inde potest etiam enematis substantia & corpus ad ventriculum  
ferri, læsis scilicet valvulis cæci intestini & ipso ventriculo. Gal. 5.  
Meth. med. cap. 11. Laurent. lib. 6. quæst. 14.

IV.

An ventriculus alatur chylo?

Resp.

De hac questione varia sunt sententiæ. Valles. lib. contro-  
v. cap. 14. Iobert. decad. 2. Thomas à Veiga & Fallopius affir-  
mant chylo nutriri scilicet quoad membranam internam, non ex-  
teriorem: Fernel. verò lib. 6. Phys. cap. 1. Vesal. lib. 5. feb. c. 3.  
Laur. 6. de org. nat. in imo ventre contentis qu. 20. Bauh. l. 1.  
theat. anat. cap. 46. Paræ. lib. 3. Chirurg. c. 14. Columb. & alij  
negant chylo ventriculum nutriri, & quidem rectè. 1. quia multæ  
venæ insigniores per omnes ventriculi tunicas apparent, certè non  
in alium finem quam nutritionis gratia. 2. Quia chylus non est  
alimentum purum sed multis adhuc excrementis scatet, ut satis  
manifestum. 3. Omnes partes membranose, inquit Laurentius,  
nutriuntur sanguine, quidni igitur etiam chylus.

V.

Cur intestinorum vulnera sunt lethalia, & plerun-  
que ægri, quorum intestina sunt læsa Epile-  
psia extinguuntur?

Resp.

Lethalia sunt ob substantiam ipsorum quæ nervosa est & diffi-  
culter concrescit. Epilepsia verò facile extinguuntur ob  
consensum, quem cum cerebro habent

maximum.

A D



AD Dn. IOHANNEM FRICCIUM  
fratrem suum carissimum.

**Σ** ἄρ ἔχει. μαρόλιω εἰσβαίνῃ δ' ἐγκαλέω τε  
Πᾶς ὁδόν, ἀκρόπολιν σοφίης ἀπέυδων ἀναβαίνειν.  
οὐδὲ γρη' ἄργον ἔμεκ μεσῶν θεράποντα ὀτρηρόν:  
Ἄλλ' ἄρα τον κάματον κερδοῖς ἐν ἅπασιν αἰηδῆ  
Ἐξουλιάν, καὶ αἰεὶ παθεῖν χαλεπώτατα πολλά.  
Ὡς ἄρ ἔχει. ὅστις ἢ μένει ἀπερὴ ἐνὶ ἐσθλῇ  
Ἡδ' ἀρετῆς πορίαν τελείη: ὅσος τὸν ἐπαίνον  
Ἄξιον ἐκφωνεῖς; νῆ τὸν Δία, κυδαλίμοιο  
Ἄξιον ἔστι κλέεσσι: καὶ αὐτῷ Φοῖβον Ἀπίλλων  
Εὐκλαῖον κερπὸν μαρόλοιο πόνοιο διδώσῃ.

Τένεκα καὶ σὺ ἸΩΑΝΝΗΣ πολυφίλτα' ἀδελφέ,  
ἔμμενε ἐν καμάτῳ, καὶ (ὡς προτέραισιν ἐν ὥραις  
Ποίησας, καὶ νῦν ἐνὶ τῇ ΦΥΣΙΚῇ μελιηδεῖ  
Τετραγονοπέτῃ τε σοφῶς ποιεῖς) γυμνάσματα ταῦτα  
Στέργ' ἐτόμως: καὶ δοξόσοφον καὶ γαυρικὸν ἄνδρα,  
Ἀσιήσῃς ταῦτας μὲν ὑπερφιάλως, ἀσφῶς δὲ  
Ἀφραδέως τε ἀλιμάζοντα, γρη' ὡς, ἀπόβαλλε:  
Ἡδε κρίσιν προσηλῆ τῶν δυσμενέων μάλα ἀνδρῶν  
(Τὴν πάντῃ φεύγῃν σοὶ ἐνθάδε δύσκολον ἔσται)  
Φαύλιζε: πολέονες τε ἔως γλυκερὸν περὶ οἶνον  
καὶ ζῦθον ἀπεύδῃσι, τέως σὺ γε φίλτα' ἀδελφέ  
Ἐκπόνεε γλυκερὸν δρετλῶ, κερπῶ τε ὀπωπῆ  
Ἐμμενέως φίλεε Χρησὸν πόνον. ἔσθ' ὅτε σοὶ πῶ  
Ἡλιον εὐκλαῖον λάμψῃ καὶ ἐράσμιον ἤμδε,  
Τῷ Θεῷ ἐνεργῆς δωτῆρ ὅς γ' ἔστιν ἐάων,  
Ὀλβιά σοι δώσῃ ἐτόμως, καμάτῳ τε βραβεῖον.  
Ἡδ' ταῦτα μὲν αἰτήσῃ καὶ γράμμασι φίλτατ' ἀδελφέ  
Ἐξαρκῶσι τοῖς. νῦν δ' ἐν Χριστῷ ὑγίαινε,  
καὶ σὺ μακρὰν ὑγίαν ὦ ΔΕΥΚΟΡΙ πότνια μήτηρ.

Per scrib.

M. Christophorus Friccius Ecclesia  
Burchtorpiana minister.



226 662

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF Saxe-Anhalt

ULB Halle 3  
005 136 865



VOTZ

h





de ut aliud videtur. fuit enim regis de fronte  
sive de fronte et ego de omni omnibus placet  
iudex quod in velle est f. qd' multis et f. p.

**iii. fuit Dupli m. d. e. m. m.**

It. itantes mei estote fuit et ego xpi. In  
ante vos fuit qd' per vna memoria est  
et fuit huiusmodi vobis p. v. m. m. m. m.  
Solo aut vos fuit qd' omni vni caput xpi  
est caput et mulieris vni caput vni xpi.

Omne aut. ipi. omne relato capite  
dixit caput fuit. Omne aut mulier omne a

h. t. m. m. m. velle. caput. d. m. p. u. t. caput fuit.

Dum est em. a. f. d. m. h. u. t. **R. a. m. si non**  
vult. mulier. et videtur. **S. i. v. m. m. m. m.**  
mulier. mulier. a. mulier. velle. caput fuit.

**M. h. i. u. d. m. m. v. l. e. t. v. l. e. t. caput fuit.**  
magis est et gl. m. m. m. mulier. et gl. m. m. m.  
vni. **S. i. v. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m.**

vno. **S. i. v. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m.**  
f. fuit. et. p. m. v. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m.

l. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m.  
m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m.  
m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m.  
m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m.



Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow







Red

Magenta

White

3/Color

Black



TATIO  
 natomicarum IV.  
 E  
 IS INFIMI  
 ΧΥΛΩΣΕΙ FA-  
 antibus,  
*nam,*  
 RÆSIDIO  
 NOBLOCHII,  
 Fr., Med. & Phil.D.  
*bergensium Academia*  
*dam suscipiet*  
 iccius, Burch-  
 nsis, Saxo.  
*ij, horis & locis notis.*  
 ): (S  
 BERGAE,  
 is per Iohan. Gorman.  
 o 15 CVII.

5

